



**Repetitio Clem. I. Ut Clericorum De Officio Ordinarii**

**Aufréri, Étienne**

**Leodii, 1702**

7. Fallit.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63069](#)

## IN ECCLESIASTICOS. 253

sequitur sententiam Bærius decis. 69 numer. 32.  
Quod nimirum incepum Iudicium coram Laico  
Clericus successor peragere teneatur, vide ta-  
men dissimilem adhuc aliam decis Rotæ 5 de foro  
competenti in antiquis ubi clericus successor in  
executiva obligatione remittitur ad suum judi-  
cem, Mattheus Boyß Doct.

Contrarium tamen tenent Bald. in l. 1. C. si pen-  
dente. app. mors inter. Angel. in l. tam ex contrariaibus  
ff. de judi. & Bald. in o. p. in præsentia de probat. ubi  
& in allegat. l. 1. dicit quod instantia litis non transit  
in monasterium monacho profitente: idem Anthon.  
& Sicut in allegatio. cap. quia vero & Ioann. Andr. in  
regula juris, qui in jus, &c. lib. 6. & dicunt aliqui  
istam partem esse veriorem, ut stetur regulæ supradi-  
cta. Alij vero quibus assentior, dicunt priorem æ-  
quitati magis esse consonam.

### 7. F A L L I T.

Vbi pater vult emancipare filium Clericum, quia  
tunc coram sæculari judice fieri debet secundum Ro-  
tam decis. 181 & Petr. de Ancha. in regula juris ea quæ  
sæpius allega. quest. 17 idem tenet Nicho. Mil. in ver. ju-  
dex sæcularis.

### 8. F A L L I T.

In insinuatione donationis excedentis summam. 5<sup>o</sup>.  
aureorum fienda per Laicum Clerico, Quia illa fieri  
debet coram judice seculari secundum Rem. & Anca.  
ubi supra.

S 3

Nono